



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniae, 1658**

§. 193. Non fregerunt eius crura. v. 33

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45556**

**O** Malitiam supinam cordis humani quando semel illud occupare cepit, quomodo non propagatur reuera uti zizania, & uti venenum viperarum. Custodi nos obsecro Domine à consilio, à via, & à cathedra peccatorum.

§. 193. *Non frugerunt eius crura, v. 33.*

Circa hoc considerandum quidem est, quod hominum cogitationes nunquam praevalent contra cogitationes Dei, qui non voluit crura Christi Domini frangi, ut postea videbimus, hic tamen magis expendo, quare ratione ducti ministri publici, sunt licet, literarum mandati sibi positi, non obtemperarint, Centurionem possumus arbitrari in causa fuisse, quia ordinaverit, sciens Iesum esse mortuum, & ideo ratione mandati deficiente, etiam mandatum iudicavit cessare. Possumus suspicari pietam Matrem Domini ita rogauisse, ne mortuum contumelia otiosa afficerent, quomocumque autem factum fuerit. Ex utroque habeo utilitatem non leuem, quia disco ex centurione legum interpretationem debere esse rationabilem, non secundum literam legum, sed spiritum legislatoris, cuius menti si obsequar, legem bene seruo et si litera mentireus, contrarianti non obsecundo. In altero casu si D. M. V. deprecatione factum sit, quod crura Domino non sunt consacta, pietatem in mortuos exhibendam disco, ne immerita mortuis opprobria finam irrogari, sed quantum poterero defendam, quia se amplius defendere non possunt.

**O** Deus da obsecro semper fidelibus tuis, ut leges & mandata non negligoso & occidente, sed viuificante spiritu intelligant, & impleant, ne summum ius summa sit iniuria. Deinde etiam pietatem istam concede omnibus, ut in mortuos velint esse clementes & misericordes.

§. 193. *sed vnus militum lancea latus eius aperint, v. 34.*

Vnus, nomine Longinus uti tradunt quidam scriptores, qui referunt eundem illuminatum postea Christianam fidem recepisse & inter SS. ad scriptum esse. Itaque aperiendo latus saluatoris, non tantum veniam inuenit sed & Episcopatus honorem & Martyrij Coronam postea promeruit Idem etiam esse creditur centurio ille, qui visis ostentis in morte Domini exclamauit. *Vere filius Dei erat iste.* dices mihi Christiane, si miles hic cognouit, quod Christus erat filius Dei, quomodo ergo ausus fuit tam horrendo vul-